



D. Athan.

mortis expectabat, tanquam valde opportunum ut acitius insurgens vinceret eum. D. Athanas. oration. de Passione. & Crucis. Cum, ait, in pudore reiectus observandum sibi persuadebat tempus mortis, certus omnino posse super moriem, quia omnes in servitutem redegerat, etiam hunc tentationibus subigere, scriptum est enim apud Lucam quod abscissit ab eo tempus idoneum.

128.

Gen. 16. Diabolus in mortis aris eulo maxime se armat contra nos.

Hugo.

Apoc. 9. m. 11. Et habebant super se Regem Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abadon, Græcè autem Apollyon, & Latine habens nomen exterminans.

Num. 12. Væ unum abiit, & ecce veniunt adhuc duo væ post ipsum.

VERSIONES.

Syrus n. 11. Et habent super se Regem.

Arias. Habent Regem supra se Angelum abyssi, cui nomen Hebraice Abada, in Græca autem lingua, nomen est ipsi Apollon.

Pagninus. Regem Angelum voraginis.

Ansbertus, & Cui nomen Hebraice Labadon.

Tygar. Variabl. Latine perdens, vel vastator.

Arabicus. Regnavit super eos Angelus abyssi cui nomen Hebraice Machdum & ejus interpretatio Jonice est laudans.

Syrus n. 12. Illud væ unum abiit, & ecce adhuc duo væ post hoc.

Arabicus. Væ primum jam completum est, & ecce venit væ secundum.

EXPOSITIO VI.

Et habebant super se Regem Angelum abyssi: Nam cum per has locustas, Hæretici intelligantur, ut sæpe diximus. Ex D. August. Gregorio Primasio, Beda; Hæreticorum Princeps & Rex est diabolus, qui hic dicitur Angelus abyssi, seu inferni; quia ipse est sine bysso, & candore omnis boni, qui princeps est super omnem profunditatem, & obscuritatem totius abyssi. Angelus, quando nomen Angeli, in Scriptura de demonibus dicitur, semper apponitur aliquid, quo denotatur sermonem esse non de Angelis, simpliciter: sed de malis Angelis. Cui nomen Hebraice Abadon. Hebraice Abad, significat perdere, Abadon perdentem, sive perditorem Græcè autem Apollyon; quod nomen juxta radicem Græcam significat perdere, & de struere. Latine autem habens nomen exterminans. Interpret hoc addidit de suo, ut observant, Cornelius, Estius Gagnæus, & alii: Nam Joannes Græcè scripsit Apocalypsim: Interpret autem significationem vocis etiam Latine rededere voluit ex Græco, sicut Joannes reddidit ex Hebræo.

129

D. August. D. Greg. Primas. Beda.

Hebraic.

Græc.

Corn. Gagn.

130.

Apoc. 8.

131.

Pannon. Omnia electis cooperantur in bonum.

Joa. aim.

D. B.

temp. nulla est vita.

QUESTIO XIV.

Quare hic Angelus abyssi, diabolus scilicet, Rex, ac exterminator dicitur, triplicique idiomate scribitur.

133.

Prov. 30.

Ferrar.

134. Joachim. Psalm. 79.

135.

Cur Rex qui noluit experiri Dei gratiam, sentiet dominium exterminari oris. 2. Thesal. Haymo.

Haymo.

136.

Cur diabolus dicitur exterminator? Haymo.

APERTE hic locus convincit sermonem non esse in presenti de locustis materialibus, nam ut de eis scribit Salomon. Proverb. 30. numero 27. Regem locusta non habet, & egreditur universa per turmas suas. Est ergo sermo de locustis allegoricis, hæreticis nempe ut sæpe dixi: Hi regem habent scilicet Angelum abyssi, scilicet diabolum: an sit ipse Lucifer, vel aliquis alius diabolus ab eo missus? Ferrarius in presenti multis contendit, quod erat quidem diabolus ab eo missus. Totaque est quid per hunc regem abyssi significetur.

Per hunc regem abyssi, Joachimus Abbas Antichristum interpretatur, de quo exponit illud Psalm. 79. num. 13. Ut quid destruxisti maceriam ejus, & vindemiant eam oves, qui prætergrediuntur viam? exterminavit eam aper de silva. Aper, ait, est Antichristus omnia destruens, ac devastans.

Tamen communis est omnium Patrum, ac Doctorum sententia, hunc Angelum abyssi esse diabolum, quia justè Deo permittente, per tyrannidem dominationis, exercet suum principatum in eos, quos per peccatum sibi advocavit, ut qui gratiam benignitatis Dei experiri noluerunt, exterminatoris dominium sentiant; de quibus ait Apollolus 2. ad Thessal. 2. num. 20. Eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salvi fierent; Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio; ut judicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Sic ait Haymo in presenti. Habebant super se, ait, Regem Angelum abyssi, id est diabolum, qui est Princeps omnium reproborum, ipse Rex super omnes filios superbia, quia super eos dominationem exercet, quos sibi per peccatum servos addidit.

Cur tamen Diabolus, juxta proprietatem lingue Hebraice, & Græcæ, dicitur exterminator. Ad quod rectè Haymo, Exterminari enim est extra terminum esse, & sic Diabolus exterminat reprobos, qui extra terminum, id est, beatitudinem emittit, & eliminat. Deinde ut etiam vileatur, quantum discrimen intercedat inter Christum & Diabolum; Christus congregat, quæ dispersa sunt; Diabolus autem exterminat, & dissipat congregata: Ansbertus. In singulis, ait, linguarum proprietatibus convenit maligni spiritus actiois qualitas, & nominis expressa proprietas, quæ dicitur exterminans, si ut enim Christo aggregandi, sic antiquo isti nomen convenit exterminandi, de eo namque per Psalmistam dicitur. Psalm. 79. Exterminavit vineam tuam aper de silva. Et mediator ostendit. Luc. 11. ait, qui non colligit mecum, dispergit.

Cur tamen in presenti diaboli nomen tribus linguis scribitur. Hebraicè Abadon: Græcè autem Apollyon. Latine nomen habens, exterminator Sylveira in Apocalypsim. Tom. I

Cur sub triplici idiomate scribitur; ut ejus malitia, ac nequitia apud omnes innotesceret, ut inde eam cavere valeant. Richard. Victor. Propterea, ait, sub triplici litera describitur; ut sancta Ecclesia, ubique terrarum diffusa, quacumque litera nativ, versurus diabo i in ipsi f. audulenti facillibus cavere doceatur. Elogium nostri salvatoris in cruce appensum. Scripsum est Hbraicè Græcè, & Latine. Joan. 19. num. 21. U sic ejus virtus tribus principalibus linguis explicaretur, ut sic ejus sacratissima virtus omnibus esset nota; nomen diaboli triplici idiomate proponitur, ut ejusdem exterminatoris nequitia cunctis fiat aperta. Rupertus lib. 5. in Apoca. ypl. sic de nomine diaboli, ac salvatoris scripto loquitur. Illum malum, istum bonum genibus omnibus agnoscendum prædicat. Ed enim tendit facultas linguæ variaz, ut res qualescunque diffundantur latè; unde à Deo ordinatum existimo, ut demon ac servator appellaretur Hebraicè, Græcè, ac Latine, ut illius malitia, & hujus salus ab omnibus agnosceretur.

Richard.

Diaboli improbita, & Christi magna virtus multis linguis explicatur. Joan. 19. Rupert.

138.

Joan. 19. D. Chylo.

139.

Actorum 2. U. aliqua manifestetur, multis linguis dicitur.

D. Bern.

D. Nyssen.

D. August.

Unde Pilatus, ut excusaret sese de nece quam invitus Christo intulerat elogium scribit lingua triplici. Circa Joan. 19 loco ut ait D. Chylof. homil. 38. in Joan. Triplici lingua scribitur, ne quis excusationem ignoraret. Neque enim fas erat ut vel Pilati excusatio, vel Christi amor una tantum lingua clauderetur.

Ad hoc sanè pertinet loquendi facultas varia Apostolis data ad miraculum usque, Actorum 2. num. 9. Ubi Parthi, Medi, Grætes & Arabes, Græci, & Latini, buccinantur num. 11. Audivimus eos loquentes linguis nostris magna Dei. Ad quid cum unus sit significatus, tanta diversitas linguarum? voluit Deus omnium magister, ut Apostolis multis hominibus essent magistri, & ut ejus magna per omnium ora haberetur, inde tanta linguarum varietate eos replevit. Divus Bernard. serm. 1. de Penecost. Ad quid illis, ait, necessaria lingua gentium, nisi ad conversionem gentium; & D. Nyssen, ait nisi in unam linguam solum Prædicatio veritatis includeretur, inefficax, & inutilis hominibus diversa lingua maneret. Et hac de causa voluit Deus ut lacrum ex unam tantam varietatem linguarum esset translatum, in Græcum nempe, Arabicum, Chaldaicum, &c. quod notavit Divus Augustinus lib. 2. de doctrina Christian. cap. 1. U. Scriptura divina, ait, ab una lingua profecta, quæ opportunè potuit per orbem terrarum disseminari, per varias interpretum linguas, longè, latèque diffusa innotesceret gentibus ad salutem. Vox paria maxime allucere animos solet; ideo Deus in tanta linguarum varietate voluit esse verba sua; ut sic factè ac suaviter hominum animos ad se inclinaret, ac alliceret.

Veniens juxta Jerusalem Rabaces Princeps, ac dux exercitus Regis Sennacherib Assyriorum, ut populum, ac civitatem, suo regi subjugarer Judaicè loquitur: & quo concilio, ac arte; qui Syriacè optinè loqui poterat, ut patet ex Isaie text. 36. num. 15. Clamavit Judaicè? Intendebat ille Hebræorum animos adducere, ut suo regi Assyrio fitem, ac obedientiam præstarent, ideo Judaicè loquitur, ut docilitate materne lingue facerent eos inescaret. Ita Mag. Theolog. Nazianzen. oratione 3. U. lingua patrie, ait, Hebræos lenivet, suamque ad Regem traheret. Nam cum ille, nec vi, nec armis Hierosolymam

140.

Isai. 36.

Lingua patrie multam vim habet ad alliciendum.